

ecclesie episcopus. sedit a. 4. m. 7. d. 28. Quo mortuo de ordinando
papa dissensio orta est. ex parte cesaris Octavianus cardinalis constitu-
tus est papa et Victor dictus. ab universali vero ecclesia Rolandus
^{cancellarius}
cardinalis electus est et Alexander dictus. a. 1159. Sedit a. 22.

Lucius qui et Hubaldus Offiensis episcopus Verone obiit 1185.

Urbanus qui et Hubertus cardinalis natione Mediolanensis a. 1187
Ferrarie obiit.

Gregorius qui et Albertus cancellarius natione Beneventanus se-
dit mensibus duobus. eodem apud Lucram obiit.

Clemens qui et Paulus natione Romanus a. 1191. Rome obiit.

Celestinus qui et Facinctus natione Romanus [1197 obiit]

Innocentius papa Campanus sedit annis 18 et m. 7. et dies 7. Hic

enim quantum fuerit in omnibus gloriosus. opera eius testi-
monium perhibent veritati. Fulgens enim splendida facta

eius in Urbe pariter et in orbe. Fuit enim inter cetera hospi-
talem S. Spiritus. et renovavit ecclesiam S. Petri. Composuit

decretales. sermones. librum de missa. et de miseria hominis.

et alia multa gloriosa. Anno vero 18. pontificii huius mense

Novembre in basilica Lateranense que Constantiniana vo-
catur celebratur concilium generale ubi pene corpus

totius universalis ecclesie convenitur. Hic moritur apud

Jerusium et ibidem sepelitur. 1216. cui successit Honorius

usque prima manus
usque inscribit 1216 — II. et post
lium trahi quibusdam que in
linala scripta fuerant, plerumque.